

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Antonio Merulae, Casertam. Epist. XIV.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

ANTONIO MERULÆ,
CASERTAM.

EPIST. XIV.

Consolatoria quasi est. Nam nec se, aut quengquam amicorum dolore ait, propter ipsius ex urbe discessum: nec ipsi dolendum esse ostendit, 1. quod Româ absit, cum honesta conditione vivat apud virum illustrem. 2. Quod cum ipso non sit; cum desiderium illud literis leniri possit.

Forma. Deferendi alicui sua officia. Vellem ita res ferret. (A)

CAve putes, aut me suspicari, quod abhorret ab amicitia nostra, oblitum te esse mei, aut commissurum unquam, ut oblivisci possis. Omnino discessu tuo nihil molestius: quis enim abesse, eum, cujus neque consuetudine quidquam jucundius, neque sermone eruditius, nec moribus, & vitâ sanctius, æquô animô ferre possit? Sed rursus, qui te diligunt, qui pro tuâ virtute sunt plurimi, quorum tamen ego nemini concedo, cur tuô commodô mœream? Vivis in parte Italiæ nobilissimâ, honestâ satis conditione, apud illustrem virum humanitate, literis, omni denique, ut audio, laude perpolitum. Quæ sunt ejusmodi, ut ea sequantur multi, assequantur admodum pauci. At urbe Româ caret. Scilicet, quia Capitolium, vel Amphitheatrum quotidie non adspicis, quæ tu, hîc dum eras, fortasse ne cogitabas quidem, id laborandum crediderim. Cetera, opinor, nihil ad te. Neque enim sitire te arbitror honores aut opes: quæ

quæ qui adipiscuntur, vides, à tranquilla, & beatâ vitâ quàm longè distent, quibus fluctuent curis, quibus assidue miseriis urgeantur. Reliquum est, ut te pungat, quòd nobiscum non sis. Quod ita leviter feres, si cogitabis primum illud, ortam ex virtute benevolentiam ejusdem virtutis memoriâ foveri, atque ali, sic, ut nihil præterea desideret: deinde, mutuis epistolis hoc leniri quadam ex parte desiderium posse: postremo, mortalem esse neminem, cui planè secunda sint omnia. Adde illud, quod solatii tibi loco debet esse, nostros sensus congruere cum tuis: nihil esse nobis optatius, quàm ut simul vivamus: dolere, quia non liceat, eo minùs tamen, quia futurum speramus, ut aliquid quando liceat. Habes egregiè animatum erga te Cardinalem Sirlettum: cujus auctoritatem, pro singulari ejus integritate, sapientiâ, doctrinâ, maximam esse, non ignoras, Pantagathus de te & amicissimè loquitur, & præclarè sentit. Duobus illis, quos tuò nomine salutavi. Statio, Davanzato, qui te resalutant, scito te in oculis esse. Nam de me ipso, non faciam, ut plura ad te scribam. Vellem ita res ferret, (A) ut, quanti te facio, tantum ex officiis meis fructum capere posses. Mihi crede, studiis, & rationibus tuis ita consuleretur, ut ad vitam & commodè, & satis etiam cum dignitate traducendam nihil deesset; sed vides tempora. Fruamur, mi merula, literulis nostris, directò in Deum animò: cæteris rebus *πολλὰ χείρην*. Rotæ nostro, non minùs ingenio, quàm nobilitate præstanti poëtæ optimo, & cum veteribus conferendo,

do, sa
illum
M. D

occup

FA
tic
stima
dend
labor
In qv
tiri.
litera
qvibu
se te o
am qv
possit
matic
te mi
Nam
ris ad
multi
tas no
diu vi
spes e
Vale.